

DISPUTATIO IX.

De Conscientiâ.

QUÆSTIO I.

An obliget conscientia erronea?

Conscientia quasi cordis scientia, eò quod soli homini pateat, est proxima regula actuum moralium, ut jam ante dictum est. De cujus existentia nemo dubitat: quia nemo est qui conscientiam non habeat, nemo est, qui testimonium conscientiae non percipiat testante Apost. Rom. 2. de gentibus legem naturae servantibus: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus.* Sed quid reipsa conscientia sit, difficile est explicatu, unde antequam respondeatur ad quaesitum.

Nota 1. Conscientia in solo intellectu residet non per modum habitus, (ut vult Scotus confundens conscientiam cum Synderesi, vel habitu prudentiae) tum: quia possumus bene agere sine habitu, sed non sine conscientia; tum quia conscientia saepe deponitur & mutatur, potentia autem non mutatur, & habitus difficulter movetur. Sed conscientia se habet per modum actus secundi ut docet S. Th. 1. p. Q. 79. a. 13. O. tum quia conscientia est applicatio scientiae, quae practice ex principiis universalibus concludimus. Tum quia conscientia dicitur testificari, secundum illud Eccles. 7. *Scit conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis.* Docere, arguere, secundum quod per conscientiam judicamus aliquid esse male factum. Vocatur falsa, vera, vel erronea, quae praedicata solis actibus intellectus conveniunt. Conscientia igitur est actus intellectus judicans de actionibus moralibus

Docens & diri
& ipse hal
fir, quod si
enim est
per invices
Nota 2. Actus
mores morales in
primus est actus
universi
dicendum, it
ab habitu
habitum
intellectum pri
dicendum pri
idem non pot
maius sua parte.
admirant habitu
quem vocat
dicendum universalit
Secundus est actus
quoddam
deductum, qu
dicendum vel fug
abstinendu
bus vocatur spe
quamvis eni
hic & nunc
humanæ.
ad quem
esse immedie
ductum, vel
redit vel ab ha
practice, ve
ratio formali
Tertius actus est
1. 2. Theol. Sc

bus docens & dirigens voluntatem. Quod si quandoque & ipse habitus Synderesis vocetur conscientia, id eò fit, quod sit principium actûs conscientia. *Con-suetum enim est inquit, S. Th. l. cit. quod causa & effectus per invicem nominentur.*

Nota 2. Actus intellectûs practicus sive dirigens actiones morales in triplici est differentiâ:

Primus est actus universalissimus, quo assentimur principiis universalissimis agibilium. Ut: bonum est faciendum, malum est declinandum. Hic actus elicitur ab habitu Synderesis; sicut enim Philosophi admittunt habitum primorum principiorum quem vocant intellectum principiorum, per quem disponimur ad assentiendum principiis universalissimis speculativis. Ut: idem non potest esse & non esse. Omne totum est majus suâ parte. Ità Ethici vel Philosophi morales admittunt habitum primorum principiorum practi-corum quem vocant Synderesin inclinantem ad assentiendum universalissimis principiis practicis.

Secundus est actus universalis, sive dictamen seu judicium quoddam universale ex principiis universalissi-mis deductum, quo judicamus in communi aliquid faciendum vel fugiendum. Ut: dandam Eleemo-synam, abstinendum à furto &c. hoc judicium ab ali-quibus vocatur speculativum, vel speculativè practi-cum: quamvis enim sit de agendo, non tamen est de agendo hic & nunc, adeoque non est proxima regula actionis humanæ. Elicitur hoc judicium ab eodem habitu, ad quem pertinet motivum assentiendi, quod potest esse immediatè à Deo revelatum, vel ex revela-tis deductum, vel in legibus humanis contentum & ità procedit vel ab habitu fidei, vel ab habitu Theolo-giæ practicæ, vel Ethicæ, vel jurisprudentiæ prout fuerit ratio formalis assentiendi.

Tertius actus est particularis sive judicium particula-

re, quo judicamus omnibus ponderatis hic & nunc aliquid agendum vel omittendum, & hic actus vocatur *judicium practicum*, vel ad distinctionem actuum præcedentium *judicium practice practicum*. Quamvis duo priores actus possint sub nomine conscientie comprehendi strictè tamen & propriè solus tertius actus est conscientia de quo S. D. hic Q. 19. a. 5. in arg. sed contra? *Conscientia nihil aliud est quam applicatio scientie ad aliquem actum*

Nota 3. Ex his conscientia strictè dicta definiri potest: *judicium intellectus practicum* de aliquo hic & nunc benè aut malè faciendo aut omittendo: dicitur *judicium intellectus practicum*: quia debet esse cognitio de se sufficiens ad proximè dirigendum actum voluntatis. Dicitur 2. *Hic & nunc*: quia necesse est, ut intellectus per conscientiam judicet de actione & omnibus circumstantiis sub quibus est executioni mandanda; dicitur 3. *Benè aut malè*: bonitate vid. aut malitiâ morali sive simpliciter dictâ, à quâ homo denominatur bonus aut malus, vel benè aut malè dispositus ad suum finem ultimum.

Nota 4. Conscientia alia est recta seu vera, alia falsa seu erronea; vera est *judicium practicum*, quo judicatur esse præceptum vel licitum, quod reverà præceptum vel licitum est, vel econtra aliquid esse prohibitum aut illicitum, quod revera prohibitum vel illicitum est; erronea est *judicium* quo vel judicatur aliquid præceptum vel licitum, quod verè tale non est, aut econtra prohibitum, quod non est prohibitum. Conscientia erronea supponit ignorantiam: vel vincibilem, quæ deponi potest; vel invincibilem, quæ humanâ & morali diligentiam tolli nequit. Dictamen rectæ conscientie pertinet ad habitum prudentie, quia quotiescunque operatio est rectè à voluntate elicitâ vel imperata, prius prudentia naturalis vel

vel supernaturalis communia principia morum ad has particulares circumstantias applicat determinando: quid hic & nunc faciendum, quæ determinatio est ipsa conscientia recta, & ulterius procedit ad ultimum imperium operis exequendi, nisi malitia voluntatis contra conscientiam operantis executionem operis impediatur. Dictamen conscientia erroneæ, si error inculpabilis, etiam à prudentiâ derivatur, ut: si hostiam quam putas invincibiliter consecratam, iudices adorandam, iudicium de adoratione hujus hostia est à prudentiâ: quia hostiam, quam putas consecratam invincibiliter, prudenter adoras. Si verò conscientia erronea sit ex errore culpabili & vincibili, non est actus prudentiæ sed actus imprudens.

Nota 5. Conscientia dividitur in certam, probabilem, dubiam & scrupulosam; quæ divisio licet sit passim recepta, non est tamen usquequaque legitima: cum conscientia dubia & scrupulosa potius similitudinem & umbram, quàm veram rationem conscientia habeant; conscientia certa est, quando assensus ultimatus conscientia est absque formidine, cui moraliter loquendo non potest subesse falsum; dixi moraliter: quia cum in agendis non possimus semper habere physicam certitudinem, sufficit certitudo moralis id est: talis, quâ attentis omnibus circumstantiis, hominumque usu iudicatur ita esse, ut nulla appareat ratio, quare aliter sit, aut hic & nunc aliter esse possit, licet absolutè contrarium esse possit.

Conscientia dubia est, quæ circa utramque partem contradictionis suspendit assensum, ut nullum determinatum de bonitate & malitiâ actionis habeatur iudicium; & si hoc ex nullis motivis pro utrâque parte apparentibus fiat, dicitur negativè dubia, si assensus suspendatur propter æqualia pro utrâque parte contradictionis motiva, est positivè dubia.

Conscientia probabilis seu opinativa est, quæ uni parti contradictionis adhæret cum formidine oppositi eò quod rationes, quæ sunt pro unâ parte intellectum non totaliter convincant, cum faciant objectum verisimile sed non apertè & certò verum.

Conscientia demum scrupulosa est quæ ex nullis vel levissimis fundamentis concipit formidinem peccati. His præmissis.

DICO 1. *Omnis voluntas discordans à ratione sive rectâ, sive errante, semper est mala.* S. Th. hic Q. 19. 2. 5. in fin. O.

Probatur. Omnis conscientia est formalis & proxima regula moris; ergo qui contra illam agit peccat. Antecedens patet: quia voluntas non fertur immediatè in objecta, ut in se sunt, sed ut proponuntur per intellectum; ergo, si per iudicium proximè directivum voluntatis proponatur objectum ut malum, voluntas illud amplectens amplectitur moraliter malum, si proponatur ut bonum, tendit in bonum; ergo ut actus evadat bonus vel malus, necesse est illum conformari, vel discordare à regulâ objectivâ morum prout hæc per iudicium rationis tanquam per regulam proximam & formalem proponitur.

Probatur 2. Omnis qui operatur contrà præceptum Dei, quod reverà est, vel esse existimatur, peccat; atqui qui agit contra conscientiam, agit contra præceptum Dei, quod revera est, si conscientia sit recta, vel esse existimatur, si conscientia sit erronea. Ergo peccat; ut nequidem Deus in obligatione conscientie dispensare possit, cum agere contra conscientiam sit intrinsecè malum: quia est velle objectum, quod cognoscitur discordare à regulâ morum.

Obi. 1. Regula proxima morum in iis, quæ cadunt sub præceptum debet esse obligatoria, qualis non est conscientia; cum aliquis obligari nequeat, nisi à
supe-

superiore, nemo autem respectu sui ipsius est superior.

R. Distinguendo maj. regula proxima debet esse obligatoria per se & ut quod N. in vi alterius & ut quo Con. regula proxima non est obligatoria per se, & ut quod, quia ipsa non est radix & fundamentum, unde oriatur obligatio, sed Deus præcipiens imponit necessitatem moralem sive obligationem, quæ per regulam proximam sive conscientiam nobis applicatur, & ita conscientia obligat ut quo, sive in quantum est manifestativa legis æternæ, quæ obligat ut quod.

Obj. 2. Homo non potest agere contra conscientiam: quia non potest agere contra iudicium, quod habet de re: aliàs enim amaret, quod iudicaret esse malum, respueret quod iudicaret esse bonum, aut simul aliquis iudicaret rem esse bonam & malam, quæ repugnant.

R. Negando ass. cujus probatio distinguitur: homo non potest agere contra iudicium, quod habet de re bene vel male eligendâ vel appetendâ N. contra iudicium practicè practicum de re absolutè appetendâ Con. explico: quotiescunque homo peccat, duplex habet iudicium practicum, unum quod proponit rationes æternas; honestatem & turpitudinem, aliud quod proponit rationes inferiores: utilis & delectabilis. Primum est conscientia, cui homo adversatur, quoties mavult adhærere iudicio practico proponenti bonum utile vel delectabile, quam conscientia, quæ proponit bonum honestum amplectendum, inhonestum respuendum.

DICO 2. Si ratio vel conscientia erret errore voluntario, vel directè, vel propter negligentiam, quia est error circa id, quod quis scire tenetur, tunc talis error rationis vel conscientia non excusat, quin voluntas concordans rationi vel conscientia sic erranti, sit

mala, S. Th. hic Q. 19. a. 6. O. Sive conscientia erronea vincibilis non obligat positivè ad sui sequelam sed negativè tantum ad non agendum contrarium quamdiu durat.

Ratio 1. partis est: quia nulla potest esse obligatio ad malum formaliter; sed actus factus ex conscientia erronea vincibili culpabiliter dictante bonum, quod revera malum est, est formaliter malus quia est contra legem Dei voluntariè ignoratam, & ita interpretativè cognitam, consequenter est actus contra regulas morum indirectè saltem voluntarius in suâ causâ: vid. errore vincibili; eo ipso enim quo potuisses & debuisses vincere errorem inquirendo veritatem, sicut negligendo indirectè voluisti ipsum errorem, ac voluntariè malum pro bono habuisti; ita operando censeris indirectè velle ipsum malum voluntariè ignoratum. Ergo conscientia erronea vincibilis non potest obligare positivè ad sui sequelam, quin potius actum concordantem formaliter malum efficit.

Ratio secundæ partis: quod vid. conscientia vincibiliter erronea obliget negativè ad non faciendum contrarium, quamdiu durat; est: quia nunquam licet agere id, quod actu proponitur esse malum; atqui conscientia erronea, dum v. g. dicitur pejerandum ad liberandum innocentem, hoc ipso oppositum dicitur tanquam malum contra misericordiam & charitatem; ergo conscientia erronea quamdiu durat negativè obligat ad non faciendum oppositum; & ita peccatur in exemplo proposito, sive errans vincibiliter perjurium faciat ad redimendum innocentem, sive non juret; si enim falsum juret, peccat peccato perjurii, à quo conscientia erronea ex toto non excusat, cum sit ex errore voluntario & culpabili; si non juret, peccat contra charitatem & misericordiam; cum iudicet non jurare contrariari charitati & misericordia. *Cæteris*

D
tamen parit
secundum
ceteris pari
tentiâ, quar
atqui illud
vincibilem
quod verò
actuali co
paribus; qu
ex utraq; p
tendum pro
non mentiri
curandum pro
contra religio
tatem.
Obj. Ergo cor
plexitatem: qu
conscientia vero p
Negando il
plex enim est pe
lecta, alia per
et: quando qu
membrum contra
infirmi judica
near apud infir
sacrum. Ex
maliciam app
illud eligat:
talis autem
plexitatis i
peccandum:
debeat.
apprehend
videtur min
rum alterum
dicit.

teris tamen paribus gravius est peccatum agere contra, quam secundum conscientiam culpabiliter erroneam: quia cæteris paribus gravius peccatum est, quod fit ex scientiâ, quam quod fit ex ignorantia etiam culpabili; atqui illud quod fit secundum conscientiam erroneam vincibilem, fit ex ignorantia actuali etsi culpabili, quod verò fit contra conscientiam, fit ex scientiâ sive actuali cognitione malitiæ. Ergo. Dixi: cæteris paribus: quia attendendum est ad gravitatem materiæ ex utrâque parte: sic si conscientia erronea dicteret: mentiendum pro conservandâ vitâ innocentis, gravius erit non mentiri, quam mentiri. Si autem dicteret: perjurandum pro salvandâ vitâ, gravius erit falsum jurare contra religionem, quam non jurare contra charitatem.

Obj. Ergo conscientia vincibiliter erronea inducet perplexitatem: quidquid enim ager errans, peccabit, conscientia vero perplexa excusat à peccato.

R. Negando illatum de perplexitate simpliciter tali: duplex enim est perplexitas, una simpliciter & per se dicta, alia per accidens & secundum quid. Prior est: quando quis invincibiliter judicat utrumque membrum contradictionis esse peccatum. Ut: minister infirmi judicat esse peccatum omittere sacrum, ut maneat apud infirmum, & deserere infirmum ut audiatur sacrum. Et tunc, si in utroque extremo æqualem malitiam apprehendat, non peccabit, sive hoc, sive illud eligat: quia implicat necessitari ad peccandum, talis autem perplexus, cum voluntariam causam perplexitatis non poluerit, si peccet necessitabitur ad peccandum: cum necessario unum extremorum eligere debeat. Si inter duo extrema inæqualem malitiam apprehendat, debet illam partem eligere, in quâ videtur minus esse peccatum: quia inter duo mala, quorum alterum necessario est eligendum, minus eligi debet.

Posterior perplexitas est : dum quis culpabiliter existimat , utrumque membrum contradictionis esse peccatum : ut : quis culpabiliter existimat se , obligatum esse furari , ut pauperi subveniat , & tunc peccabit manente tali conscientia , sive furetur , sive non ; peccabit furando , quia ex errore vincibili , quem poterat & debebat corrigere , furatur. Peccabit non furando , quia agit contra conscientiam. Igitur ne peccet , debitam adhibere debet diligentiam , qua adhibitam vincet errorem & recta fiet conscientia , cui se conformando , bene aget.

DICO 3. *Si sit error , qui causat involuntarium , proveniens ex ignorantia alicujus circumstantiae absque omni negligentia , tunc talis error rationis vel conscientiae excusat , ut voluntas concordans rationi erranti non sit mala :* S. Th. I. cit. sive : conscientia invincibiliter errans non solum obligat , ne contra illam agamus , sed etiam obligat positivè , ut eam sequamur.

Ratio est : Quia cum talis conscientia deponi nequeat , cum error vinci non possit , nec contra eam agere liceat ; necesse est , ut eam sequamur tanquam regulam proximam , quae hic & nunc voluntatem dirigit ; ex quo sequitur : quod actus concordans conscientiae invincibiliter erranti illam bonitatem moralem habeat , qualem haberet , si objectum a parte rei illam bonitatem objectivam haberet , quam conscientia per errorem illi attribuit , objectum enim non specificat actum voluntatis , prout in se est , sed ut ab intellectu proponitur. Idem ex opposita ratione tenendum est , si conscientia invincibiliter errans tribuat objecto inhonestatem , quae revera illi non inest.

Obj. 1. Conscientia erronea est iudicium falsum. Ergo non potest esse regula actus moraliter recti : quia haec debet esse ratio recta ; iudicium autem falsum non est ratio recta.

N. Distinguendo ant. Conscientia erronea prout importat iudicium rationis proximè practicum & immediatè directivum actûs voluntatis, quem practicè causat est iudicium falsum N. Est falsum, prout versatur circà objectum illius actûs secundum se & in communi Con. ad moralem autem rectitudinem actûs sufficit, quod conformetur ultimo iudicio practico, quod si conscientia sit invincibiliter erronea, est rectum: quia est actus prudentiæ. Sic Jacob invincibiliter accedens ad mulierem, quam putabat esse suam, habebat conscientiam rectam, quamvis iudicium de muliere, quod esset sua, erraret.

Obj. 2. In tantum tenemur sequi conscientiam, in quantum illa derivatur à lege æternâ; atqui conscientia erronea non potest derivari à lege æternâ Dei: quia aliàs lex æterna præciperet contradictoria. Deinde Deus non potest esse author falsi iudicii. Ergo nec conscientia erronea.

R. Distinguendo maj. Conscientia in tantum obligat, in quantum à lege æternâ derivatur, illam promulgando de aliquo agendo benè aut malè verè vel existimatè Con. In quantum ab illâ derivatur secundum se totam N. Lex enim æterna non vetat mendacium absolutè & in omni casu, sed mediante dictamine conscientia scilicet tunc, quando quis prudenter iudicat non esse mentiendum: quia lex æterna præcipit, ut obedias conscientia, qui igitur sequitur conscientiam erroneam, virtualiter habet duplex iudicium: unum falsum, quo iudicat esse mentiendum; alterum verum, quo iudicat: oportet sequi iudicium conscientia; ultimum illud iudicium derivatur à lege æternâ, quam verè applicat, verum enim est, quod Deus velit nos agere ea, ad quæ prudenter iudicamus nos esse obligatos, & omittere ea, quæ prudenter iudicamus nobis esse prohibita. Ad id quod additur:

R. Quod Deus non sit author falsi iudicii nec conscientia ut erronea, sed ultimi illius iudicii, quod verum est, licet errorem invincibilem praesupponat, unde conscientia errans quoad iudicium praesuppositum derivatur à lege aeterna, non quasi illi conformis, sed quatenus illam promulgat ut existimatè existentem.

Obj. 3. Homo tenetur magis obedire Deo, quam conscientia erronea; atqui Deus prohibet v.g. mendacium, ergo quamvis conscientia mendacium praecipiat, non tenetur homo obedire.

R. Distinguendo mi. Deus prohibet mendacium per se immediatè N. mediante conscientia dictante & promulgante prohibitionem Con. Nemo itaque obligatur ad obediendum Deo, nisi quando & quatenus dicat conscientia esse exercendum actum, vel omitendum, quo Deo in exercitio obediatur, nihil enim Deus praecipit, nisi mediâ conscientia, unde nec mendacium prohibet, quando conscientia invincibiliter iudicat esse mentiendum:

Q. Quid faciendum confessario cum poenitente habente conscientiam erroneam?

R. 1. Quandoque poenitens laborat conscientia erronea sive vincibili sive invincibili circa aliquod requisitum ad valorem Sacramenti, Confessarius id advertens sub mortali obligatur illum instruere: quia Confessarius obligatur curare, ut validè Sacramentum administret; eodem modo quando Confessarius advertit poenitentem laborare conscientia erronea mortaliter culpabili, tenetur eundem informare: quia est in malo statu & absolutionis incapax.

2. Si poenitens laboret ignorantia sive vincibili sive invincibili in materia peccati contra se: videlicet si putet esse peccatum quod non est peccatum aut esse peccatum mortale, quod solum est veniale; tenetur Confessarius poenitentem informare, ita tamen ut caveat,

ne

De
conscientias nisi
Doctores &
poenitentem li
vere, vel pecca
averet, vel salt
conscientia errone
Si poenitens
in materia pecc
dicam, quo
tus semper,
nem, etiam
obios, nisi pra
prias obfutura
ex quibus mal
est, poenitente
peccare solum
as à Confessario
Confessarius advert
ocibili contraxisse
mentum vel indis
clari potest, que
ngem puritiam
peccaturus, ve
oportuna; ne
gere, imò
ma, quod refert
tibi non pe
Si poenitens. l
mere futur
Confessarius poenit
deat poenitent
Confessarius advertit Ti
eam ex errore i
tenetur Cor
videat Tiri

ne conscientias nimium laxet: quia Confessarius ut spiritualis Doctor & medicus, quantum est de se, tenetur poenitentem liberare à peccato; sed qui putat se peccare, vel peccare mortaliter dum reipsa si sciret, non peccaret, vel saltem non peccaret graviter, ratione conscientiae erroneae peccat.

3. Si poenitens laboret conscientiam erroneam invincibili in materia peccati pro se, videlicet: si putet aliquid esse licitum, quod revera est illicitum; tenetur Confessarius semper, quantum est de se, admonere poenitentem, etiam quoad actus praeteritos injustos vel invalidos, nisi praevideat admonitionem suam moraliter potius obfuturam, quam profuturam. Ratio est: quia ex duobus malis minus est eligendum, minus autem est, poenitentem laborantem conscientiam invincibili, peccare solum materialiter, quam quod informatus à Confessario peccet formaliter sicut pro exemplo: Confessarius advertit Titium poenitentem ex errore invincibili contraxisse matrimonium invalidum ob impedimentum vel indispensabile, vel in quo difficulter dispensari potest, quem si informaret, praevideret, quod conjugem putatitiam non esset relicturus, sed continuo peccaturus, vel si relinqueret gravissima scandala essent exoritura; non teneretur Confessarius Titium admonere, imò non posset eum informare, juxta axioma, quod refertur ex S. Aug. non te monerem, si scirem, tibi non prodesse.

4. Si poenitens laboret ignorantiam invincibili quoad actum merè futurum, re adhuc integrâ, tenetur Confessarius poenitentem informare de errore, etiamsi praevideat poenitentem non esse obsecuturum. Ut Confessarius advertit Titium velle ducere uxorem consanguineam ex errore invincibili, quam de facto nondum duxit; tenetur Confessarius Titium admonere, quamvis praevideat Titium non esse pariturum, sed gravissime

mè

mè peccaturum ; ratio est : quia ut spiritualis Pastor, Doctor & Medicus animarum tenetur Confessarius ex officio pœnitentem informare de erroribus conscientiae , nisi adsit rationabilis causa , quæ in præsentem non adest , uti in casu priori , in quo si post contractum matrimonium pœnitens rectè informaretur, constitueretur in perplexitate & periculo aut peccatorum aut scandalorum aut gravissimarum difficultatum , ex quibus se vix extricare posset ; hic autem , cum matrimonium nondum sit contractum , hæc difficultates non occurrunt : ideoque Confessarius non habet causam dissimulandi suum officium , & si quæ peccata ex fideli admonitione sequantur , illa non sunt adscribenda Confessario informanti sed malitiæ pœnitentis rectè informati.

Q U Æ S T I O II.

An liceat operari cum conscientia dubia, vel non moraliter certa?

SUPpono 1. Dubium est suspensio intellectus cohibentis assensum vel dissensum ob defectum vel insufficientiam rationum seu conjecturarum , quæ requisitæ sunt ad determinatum assensum uni vel alteri parti ex duobus oppositis præstandum. Dubium dividitur in negativum & positivum ; dicitur dubium negativum , quando nullæ occurrunt rationes vel motiva ad assentiendum uni vel alteri parti contradictionis. Sed hoc improprium est dubium , nam ubi pro neutrà parte contradictionis occurrit ratio movens pro assensu vel dissensu , non est dubium morale , utpote quod sine ratione utrimque impellente intellectum esse non potest , quia intellectus dubitans est propter rationes utramque partem proponentes æqualiter ut verisimilem in quodam quasi æquilibrio constitutus , adinstar bi-

posita

lancis, quæ propter pondera æqualia utrique lanci imposita versus neutram magis inclinatur. Hinc dubium negativum potius est mera nescientia vel ignorantia; interroganti enim: quot sint stellæ, vel an stellæ sint pares in numero; dum nulla occurrit ratio pro paritate vel imparitate non respondeo: dubito, sed nescio: dubium positivum est: quando intellectus ob rationes æquales pro utrâque parte contradictionis occurrentes neutri parti assentitur.

Suppono 2. Dubium aliud juris, aliud facti; dubium juris est: quando dubitatur de obligatione legis: an sim obligatus audire sacrum, De facultate legitimâ agendi: an habeam potestatem absolvendi. De legitimo valore actûs: an matrimonium à me contractum fuerit validum. Dubium facti est: quando de substantiâ facti ambigitur: ut: an emiserim votum. An homicidium commiserim. An consensum in matrimonium dederim. Quamvis ex hoc dubio facti plerumque oriatur dubium juris: ut ex dubio facti: an emiserim votum, sequitur dubium juris: an sim obligatus implere votum. Ex dubio facti: an commiserim homicidium: oritur dubium juris: an sim irregularis, an debeam me habere pro irregulari, usque dum dispensationem obtineam. Ex dubio facti: an consensum in matrimonium dederim. Sequitur dubium juris: an debeam stare matrimonio.

Suppono 3. Conscientia dupliciter potest dici dubia: practicè & speculativè; practicè conscientia est dubia: quando intellectus caret ultimo iudicio rationis de honestate vel inhonestate operis hic & nunc exercendi. Speculativè dubia est: quando præsupponitur quidem aliquod dubium de opere exercendo secundum se, & non ponderatis omnibus circumstantiis, quod ideò dubium speculativum vocatur, attamen non excluditur ultimum iudicium rationis: illud
opus

spiritualis Pastor,
tur Confessarius
roribus consci-
quæ in præsent
o si post contra-
ormaretur, con-
aur peccatorum
ifficultatum, ex
utera, cum ma-
hæ difficultates
non habet cau-
si quæ peccata
on sunt adscri-
itæ pœnitentiis

I.

dubia, vel non

intellectûs cobi-
defectum vel in-
um, quæ requi-
vel alteri parti
dubium dividitur
dubium negati-
vel motiva ad
dictionis. Sed
o neutrá parte
ro assensu vel
ote quod sine
esse non po-
opter rationes
ut verisimilem
, adinstar bi-
posita

opus hic & nunc à me licitè exercetur. Sit pro exemplo: Sacerdos infirmus spectatâ gravitate morbi dubitat: an liceat omittere pensum canonicum. Auditâ verò consultatione Medici, aut Confessarii, resolvit, sibi licere horas canonicas omittere, quamvis speculativè dubitet: an gravitas morbi excuset.

Suppono 4. Triplex est certitudo sive determinata adhæsiō intellectūs propter determinationem motivi. Prima est metaphysica, quæ excludit possibilitatem oppositi etiam secundum Dei potentiam, & hæc est propria fidei; secunda est physica, quæ excludit possibilitatem oppositi secundum vires naturæ, quæ convenit scientiis naturalibus. Tertia est moralis quæ excludit possibilitatem oppositi secundum hominum agendi modum. Et de hâc quæritur: an ad licitè & honestè operandum requiratur.

DICO. *Naturalis ratio dicitur unicuique, ut secundum rationem operetur, sed qualiter & per qua homo in operando attingat medium rationis, pertinet ad rationem prudentiæ S. Th. 2. 2. Q. 47. a. 7. O. sive nunquam licet operari cum conscientia practicè dubiâ sed semper requiritur iudicium prudens de honestate operis hic & nunc exercendi.*

Probat 1. ex S. script. Rom. 14. Apost. Paulus dissertationem prolixam de licito vel illicito esu carniū quas alii manducabant, alii non manducabant, ita concludit: *Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est* Ubi per fidem intelligit S. Apost. conscientiam dictantem aliquid esse licitum, ut patet ex historiâ & contextu: Disputabant primi Christiani: an esset obligatio abstinendi à cibis per legem Mosaicam prohibitis veluti immundis. Resolvit Apostolus: per Christum & Evangelicam ejus legem non esse prohibitos sed communes id est: tales, qui tam à judæis, quam gentilibus
conversis

conversis edi possint, nisi aliquis esset, qui eos prohibitos existimaret per conscientiam errantem; qui autem discernit, hoc est: judicat aliquid immundum esse: *Si manducaverit damnatus est*: id est: fit reus peccati, addit rationem: *quia non ex fide*. Hoc est conscientiam agit; *omne autem quod non est ex fide peccatum est*, atqui quod fit cum conscientiam practice dubiam, non est ex fide, sive credulitate, quod opus sit licitum; ergo peccat, quamdiu non habet fidem, hoc est, credulitatem & determinatum iudicium, quod sua actio hic & nunc exercenda sit bona, vel saltem non sit mala.

Probatur 2. Qui operatur cum conscientiam practice dubiam, peccat contra legem amicitiae cum Deo, & contra legem servitutis & subjectionis ad Deum, ut supremum Dominum & Legislatorem; quia haec lex postulat, ut abstineamus non solum ab illis actionibus, quibus certo scimus amicum, dominum vel legislatorem esse ostendendum, sed etiam ab illis, quibus dubitamus: an sit offendendus: non enim est bonus amicus, bonus servus, nec bonus subditus, qui agit illud, de quo dubitat: an amicum, dominum, vel superiorem offendat; imò cum dubio operans contemnit virtualiter Deum ejusque legem interpretative dicendo: sive detur praecipuum divinum hanc actionem prohibens, sive non detur, volo illam exequi. Exemplum adducit S. Th. quodl. 8. a. 13. de illo, qui dubitat: an sit licitum habere duas praebendas; de quo resolvit, *quod si in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, & manente tali dubitatione plures praebendas habet, periculo se committat & sic procul dubio peccet; utpote magis amans beneficium temporale quam propriam salutem.*

Obj. 1. Qui positivè dubitat de honestate & inhonestate actus, habet rationem agendi ergò stante dubio

bio

Sit pro exentate morbi dubi-
onicum. Auditi
essarii, resolvit,
quamvis specula-
t.
sive determinata
ationem motivi,
possibilitatem op-
, & haec est pro-
excludit possibi-
e, quae conve-
lis quae excludit
minum agendi
& honeste ope-

ique, ut secun-
& per qua homo
pertinet ad ra-
7. a. 7. O. sive
practice dubia
s de honestate

ost, Paulus dif-
icito esu car-
manducabant,
ex fide, pecca-
conscientiam
istoria & con-
esset obligatio
prohibitis veluri-
stum & Evan-
sed commu-
am gentilibus
conversu

bio prudenter agit, licet non habeat moralem certitudinem.

R. Talis habet rationem moventem intellectum ad assensum N. aliàs enim non ampliùs dubitaret; non moventem ad assensum propter æqualem rationem oppositam Con.

Obj. 2. S. Apost. 1. Cor. 10. in dubio an aliquid immolatum sit idolis, propter quod illo vesci sit illicitum, innuit tale dubium non esse curandum sed non obstante dubio agendum sine ullâ inquisitione, ità inquit v. 25. *Omne quod in macello vanit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Et v. 27. *Si quis vocat vos infidelium & vultis ire: omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Ergo licet agere cum conscientia dubiâ.

R. Negando ass. ad cujus probationem dico: quod voluerit Apost. instruere Corinthios, quod nulla sit facienda discretio inter cibos idolis immolatos & alios, sed quia aliqui erroneè judicabant illos esse prohibitos qui scandalizabantur, dum viderent Christianos illis cibis vesci, quos idolis immolatos esse sciebant, hinc volebat ut non inquirerent, an idolis immolati essent, ex quo non infertur quod stante dubio: an aliquid licitum sit nec ne, liceat operari.

Q. Quid igitur faciendum illi, qui habet conscientiam dubiam?

R. 1. Exorto dubio: an actio aliqua sit licita vel illicita sive sit dubium facti, an aliquid sit factum, vel existat nec ne. Sive juris, an sit obligatio alicujus legis, voti, juramenti, contractûs. Facienda est diligentia quæ moraliter in prudenti hominum æstimatione est possibilis juxta gravitatem materiæ, & si ita dubium vincatur, ac appareat, quæ pars licita, quæ illicita sit, hæc est omittenda, illa amplectenda.

D
Si adhibi
potest ex pri
cencia dubia
quæ dubium
speculativum:
is, quæ est
circum sit,
aliquid in hi
quia sine rati
prudentiali;
consistat & in
ratione fieri
deponenda
practico, ad
particularibus
foro interno se
genda. In dubi
proton inter
gero servium. Ut
sed probati. Cu
vultis favendum est
quod verofit
In obse
Quomoc
obis tutor Par
inequam respo
tutio tutor pars
accipi comp
quædu positiv
solum confi
debet, i
Religion
ampli est
tumenda est
ita ut illa
Theol. S

Q. 2. Si adhibitâ morali diligentâ dubium vinci non potest ex principiis & rationibus particularibus, conscientia dubia deponi non debet sine aliqua ratione, quæ dubium destruat, vel ex dubio practico faciat speculativum: ut non obstante incertitudine cognitionis, quæ est de objecto secundum se, an licitum vel illicitum sit, determinatum habeatur iudicium, quod aliquid in his circumstantiis in particulari licitè fiat: quia sine ratione impossibile est formare dictamen prudentiale; cum tota directio prudentiæ in ratione consistat & in mediorum adæquatione cum fine, quæ sine ratione fieri non potest; principia autem practica pro deponenda conscientiâ dubiâ sive resolvendo dubio practico, ad quæ in defectu certitudinis ex principiis particularibus desumendæ recurri debet, sunt pro foro interno sequentia: *in dubiis tutior pars est eligenda. In dubiis melior est conditio possidentis.* Dixi: pro foro interno, quia plures aliæ regulæ pro foro externo serviunt. Ut: in dubio factum non debet præsumi, sed probari. Cum partium jura sunt obscura, reo potiùs favendum est quam actori. In obscuris inspiciamus, quod verosimilius est, & quod plerumque fieri consuevit. In obscuris minimum est sequendum.

Q. 2. Quomodo intelligendum illud principium: *In dubiis tutior Pars est eligenda?*

Antequam respondeam suppono **1.** dum dicitur: in dubio tutior pars est eligenda. Particula tutior non debet accipi comparativè ad aliam partem, quæ sit tuta in gradu positivo; tunc enim sequi tutiorem partem est solùm consilii, sic in dubio: quem statum quis amplecti debeat, tutus est status matrimonialis, tutior est status Religionis vel status Clericalis, & tamen hunc amplecti est solum consilii. Igitur particula: tutior: sumenda est adversativè ad aliam partem, quæ sit incerta, ita ut illa pars dicatur tutior, in cujus electio-

ne nullum timetur peccatum, dum ab alterâ parte periculum est peccati.

Suppono 2. Regula illa : in dubiis tutior pars est eligenda. Sumitur ex jure canonico. In cap. ad audientiam 12. de homicid. proponitur dubium illius Sacerdotis, qui alicui vulnus infixerat, & dubitabat, an vulneratus ex illo vulnere fuerit mortuus. Ad quod respondet Clem. III. ut presbytero, qui vulnus infixerat, injungatur, ut non ministret in sacris Ordinibus : *cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem.* Simile dubium proponitur in cap. significasti 18. eod. tit. Canonicus Regularis presbyter percusserat furem in Ecclesiâ furantem, & dubitabatur : an fur ex illâ percussione fuisset mortuus. Respondet Innocentius III. quod percussor debeat abstinere ab officio sacerdotali : *cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temerè celebrare, pro eo quod in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur :* in cap. petitio 24. eod. tit. Honorius III. respondet Clerico, qui in pugnâ aliquos percusserat, & hinc metuebat irregularitatem ; ut à ministerio Altaris abstinere : *cum sit consultius in hujusmodi dubio abstinere, quàm temere celebrare.* In cap. illud 5. de Cler. excom. ab Innoc. III. deciditur contra illum Episcopum, qui dubitabat, an sententia excommunicationis contra se esset lata ; quod debuerit potius abstinere quam Sacramenta Ecclesiastica tractare : *quia in dubiis via est eligenda tutior.* In cap. inquisitioni 44. de sent. excom. proponitur dubium perplexum conjugis : an matrimonium contractum sit absque impedimento, quod erat dubium facti, ex quo exortum dubium iuris : an posset aut teneretur petere vel reddere debitum matrimoniale. Ad quod respondet Pontifex Innoc. III. *Cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili & discretâ quamvis non evidenti & manifestâ, debitum quidem reddere potest, sed*

sed postulare non debet. Addit rationem: ne in altero vel contra legem conjugii vel contra iudicium conscientia committat. Demum in Clem. exivi de V.S. Clementis V. consultus à fratribus minoribus Ordinis sancti Francisci, qui dubitabant de obligatione suæ regulæ in certis punctis, ita respondet: *attendentes, quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graves remorsus conscientia pars securior est tenenda... Expedit, quod ad ea, sicut ad equipollentia præceptis se noverint obligatos.* His præmissis.

R. In omni dubio tam juris quam facti, si dubium vinci & resolvi non potest, eligenda est pars tutior.

Ratio est: Semper & in omni casu tenetur homo vitare periculum Deum offendendi per transgressionem alicujus præcepti; atqui, nisi sequatur partem tutiorem, non vitabit periculum Deum offendendi; sicut enim ludentibus imputabilis est jactura, nec quando ludendo perdiderunt, se excusate possunt, quod non sciverint, an essent perdituri; quia eo ipso, quo se exposuerunt casui, fecerunt sibi jacturam voluntariam & imputabilem; ita etiam dubitans & non obstante dubio eligens partem minus tutam voluntariam sibi facit violationem legis non solum in dubio facti, sed etiam in dubio juris; quia tam in dubio juris imminet periculum violandi legem charitatis in Deum, de quo dubito an imposuerit obligationem, contra quam hic & nunc fortè ago, quam in dubio facti, ex quo fortè obligatus sum ad aliquid in honorem Dei præstandum. Et sicut non debeo factum ponere, ex quo dubito proximo oriturum esse damnum, aliàs ago contra charitatem proximi, ita neque quidquam agere vel omittere, de quo dubito, an per illud offendatur Deus, ne violem amicitiam divinam. Quoties igitur est dubium; an res aliqua sit licita vel illicita, vel adest causa rationalis resolvens dubium speculativum,

& ita faciens discordare iudicium practicum à speculativo, vel nulla talis causa adest; si adest causa, jam objectum, licet universaliter sit dubium, hic & nunc tamen non est amplius dubium, & consequenter non est conscientia practice dubia; si nulla talis causa adsit, tunc est obligatio sequendi partem tutiorem juxta sequentes regulas.

1. Si ex unâ parte imminet periculum peccati, & ex alterâ parte nullum est periculum peccati, tunc eligenda est pars, quæ caret periculo peccati. Ut: dubitas: an contractus sit licitus vel usurarius, tutior pars est, non inire contractum.

2. Si ab unâ parte timeatur peccatum leve, & ab alterâ parte peccatum mortale, tunc si necessariò est operandum, eligenda est pars, in qua periculum peccati levis. Ut: dubitat aliquis: an teneatur mentiri, ut salvet vitam proximi, qui aliàs innocenter est occidendus; in hoc dubio, si illud non potest vinci, præstat mentiri, quam permittere, ut occidatur innocens.

3. Si æquale sit periculum, & peccatum utrimque, nec possit actio suspendi, donec veritas elucescat: quid liceat agere. Tum poterit dubitans operari, quodcumque voluerit. Hæ duæ ultimæ tamen regulæ præsupponunt ignorantiam invincibilem, quia est absoluta perplexitas in tali casu, ob quam quis à peccato excusatur.

Obj. 1. Obligatio sequendi in dubio partem tutiorem est solùm consilii, & fundatur in æquitate rationis, cui æquitati innixus Pontifex in citatis supra juribus per legem specialem in casibus particularibus induxit obligationem gravem, sequendi partem tutiorem, ac proinde obligatio sequendi partem tutiorem, in dubio non est extendenda ad omnes casus.

re. Negando assump. quia in textibus citatis supponitur tanquam vera universalis doctrina de eligendâ parte

D
tutiore in
legis l
speciali adfe
tutiore, &
valeret pro
in causa cer
sit facere il
jura autem
ponendis cor
graves co
Obj. 2. Omni
videndum; at
dubium: vid.
aliquid
videndum est pr
obligatione leg
Juxta prius
reum esse abso
interno, in qu
obligati agitur,
videndum est reo,
quia iudex c
actori, & re
ex his desit,
agere partem tu
videtur in causa
propter possession
minali adhuc m
comparatione ad
nam adversam
mentem, quan
Q. 3. Qualite
dubia est melior c
re. 1. Hoc pri
de RR. J. in 6.

parte tutiore in omni dubio ; cum nullum videatur vestigium legis specialis, sed pro ratione decidendi in casu speciali adfertur generalis doctrina de sequendâ parte tutiore, & si regula illa solum consilii esset, non solum valeret pro dubiis, sed etiam pro certis : cum etiam in causâ certâ, si pars utraque sit tuta & recta, consilii sit facere illud, quod tutius, melius & perfectius est, jura autem dant hanc regulam pro sedandis & componendis conscientiiis dubiis, ad vitandos, ut in-
quiunt, graves conscientia remorsus.

Obj. 2. Omnia jura clamant : in dubio reum esse absolvendum ; atqui quodcumque in materia juris est dubium : vid. an lex obliget ; homo est reus, quem vult lex ad aliquid adstringere, lex verò est actor ; ergo judicandum est pro libertate hominis, & conscientia ab obligatione legis est absolvenda.

R. Juxtâ priùs dicta omnia jura clamant : in dubio reum esse absolvendum in foro externo. Con. in foro interno, in quo non de malo sed de bono animæ obligati agitur, N. Hæc igitur regula : in dubio favendum est reo. Solum locum habet in foro judicario : quia judex obligatus est ex officio judicis reipublicæ, actori, & reo ; in dubio autem est periculum : ne uni ex his desit, quare ex universali doctrina tenetur eligere partem tutiorem ; tutius autem est favere reo, & quidem in causa civili pars tutior est, si faveatur reo, propter possessionem, præscriptionem &c. In causâ criminali adhuc magis est pars tutior favere reo : tum comparatione ad rempublicam, tum comparatione ad partem adversam : minus enim est errare absolvendo innocentem, quam condemnando innocentem.

Q. 3. Qualiter intelligendum principium illud : *in dubio est melior conditio possidentis ?*

R. 1. Hoc principium, quod continetur in R. 65. de RR. J. in 6. *In pari delicto vel causâ parior est con-*

zio possidentis. Intelligitur hoc sensu : si in dubio, post adhibitam sufficientem diligentiam pro qualitate materiae ad veritatem inveniendam, dubium resolvi non possit, melior sit conditio possidentis bonâ fide, cum possessio bonæ fidei secum habeat titulum, si non verum, coloratum tamen vel præsumptum.

R. 2. Principium hoc intelligendum est in materia justitiæ : quod in pari causâ semper sit melior conditio possidentis, si non possidenti non adsit alius Titulus prævalens possessioni.

Ratio est : quia tunc possessio facit inæqualitatem & imparitatem manifestam, cur possidens non possidenti sit præferendus, ac ita dubium resolvit : cum enim sit incertum, ad quem reverà proprietatis rei pertineat, & in hoc sint æquales ; quia tamen possessio bonæ fidei proximius ad proprietatem rei accedit, in hoc possidens non possidentem superat ac inæqualitatem facit. Quod autem possessio bonæ fidei ad proprietatem proximius accedat, propter quod in dubio super proprietate rei is, qui rem possidet bonâ fide, sit præferendus alteri, qui non possidet, hujus ratio est : quia, cum omnis mutatio in republicâ aliquid turbationis & periculi adferat, expedit reipublicæ, ut talis mutatio non tam facilè fiat, & hâc de causa inventæ sunt præscriptiones in materiâ justitiæ, ac tantum possessioni bonæ fidei est attributum, ut per illam etiam ipsum Dominium transferatur. Nihil enim aliàs tutò emi, vendi, vel transferri posset, nec quisquam fidere posset rebus suis, si suffragium temporis & possessionis non juvaret ; quemadmodum igitur, ut vulgò dicitur :

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Ita inconsultum est certò possidenti & sub dubio habenti idem jus rem auferre, ut alteri tribuatur plus juris non habenti.

Regula hæc: *In dubio melior est Conditio possidentis.* Non tenet extra materiam justitiæ.

Ratio disparitatis inter materiam justitiæ & aliarum virtutum est; quod possessio in materiâ justitiæ augeat jus, & sit motivum sufficiens, ut censeatur res dubia potius pertinere ad possidentem, quam non possidentem: cum enim ipsa jura sæpè sint probatu & cognitu difficillima: ut finirentur lites & sumptus impedirentur, homines ductu luminis naturalis inter se convenerunt, ut ubi jura sunt paria, nec potest deprehendi veritas, res illi deferatur, qui cum sit in jure æqualis, est potior in possessione; & nisi possessio augeter titulum retinendi rem tanquam suam, nemo securus foret in rerum suarum possessione. Hæc autem ratio non est in materiâ aliarum virtutum: nam quando est dubium, an hic & nunc sit obligatio vel non sit obligatio legis, possessio libertatis non est sufficiens titulus ad resolvendum, non esse latam legem, quia, cum homo ratione suæ libertatis sit essentialiter subditus Deo, non potest titulus libertatis quidquam conducere ad resolvendum, non extare legem prohibentem; in materia justitiæ; ut possessor sit preferendus, possessio debet esse certa, in materia aliarum virtutum, dum dubito: an lex obliget vel non obliget, possessio libertatis moralis ad faciendam rem illam impunè & sine peccato non est certa, sed dubia: idem enim est dubitare: an actio aliqua sit peccaminosa sive prohibita, & dubitare: an homo habeat possessionem libertatis ad faciendam actionem illam impunè & sine peccato.

Obj. Homo possidet libertatem sibi à Deo concessam v. g. ad contrahendum impunè & sine culpâ matrimonium. Ergo quousque in foro conscientiæ probetur emisisse votum, non est obligatus abstinere à matrimonio. Atqui dum est dubius de emissionem

voti, votum non probatur. Ergo in dubio voti potest matrimonium contrahere; idem argumentum conficitur, quando dubitatur de existentia legis prohibentis: homo ante legem habet libertatem exercendi actum prohibitam; ergo usque dum constat & probetur legem existere, manet in possessione libertatis, cum enim vis proxima declarandi obligationem voluntatis resideat in conscientia, hinc merito per analogiam ad iudicium externum conscientia dicitur iudex nostrarum actionum, ipsius consultatio & sententia appellatur iudicium, forum, & tribunal internum, & sicut in foro externo iudex probato & cognito delicto ex iis, quæ adducta sunt per actorem, reum obligat ad certam pœnam, ita conscientia in foro interno ex sufficienti cognitione legis voluntatem obligat ad implendam legem; in foro externo actore non probante contra innocentiam rei, reus merito à iudice absolvitur, & tamdiu præsumitur innocens, usque dum probetur nocens. Eodem modo quamdiu in foro interno conscientia non sufficienter probatur obligatio legis contra libertatem voluntatis, tamdiu conscientia rectè iudicat pro libertate voluntatis; sicut enim homo iure naturæ possidet innocentiam, & iustè præten- dit, ut pro innocente habeatur, quamdiu non probatur nocens, ita non minus ex parte voluntatis possidet libertatem, & æquam habet prætensionem liberè ponendi vel omittendi operationem impunè, quamdiu per contrariam obligationem libertas non probatur esse vinculata; ulterius sicut in dubio delicti possessio innocentia prævalet, nec ad condemnationem sufficit delictum à parte rei esse commissum, vel aliis esse notum, sed præterea requiritur, ut ipsi iudici sententiam ferenti legitimè sit probatum. Ita pariter ad auferendam voluntati libertatem non sufficit existere legem, obligationem legis esse aliis cognitam, sed ne-

cessè

est, oblig
 probatam; cu
 conscient
 inter reu
 menta exper
 ita in fo
 sione diversæ
 præten- dit o
 altera præ
 advocata libe
 conscientia
 absolvere.
 Distingue
 obligationis libe
 Con, à possessio
 agitur ad votu
 est: quia in r
 servatur cum dub
 re aliqua, utiq
 sunt pares in iur
 que facit, ut pol
 titatis, quam
 ad contrahene
 tum, attamen p
 miferit votu
 sensione libere
 quam enim h
 adum matime
 ritas non pote
 gationem vo
 mati moni

esse est, obligationem legis in iudicio conscientiae esse probatam: cum in hac causa Deus potestatem iudicandi conscientiae commiserit, sicut in iudicio externo iudex inter reum & actorem medius utriusque partis momenta expendit, & si res maneat dubia, reum absolvit, ita in foro conscientiae & practicâ illius consultatione diversae notitiae sunt partes litigantes, quarum una prae tendit obligationem legis, & agit vicem actoris, altera prae tendit libertatem ab hac obligatione & est advocata liberae voluntatis. Ergo si res maneat dubia, conscientia debet voluntatem ab obligatione legis absolvere.

2. Distinguendo ass. possidet certò in casu dubiae obligationis libertatem sibi à Deo concessam N. dubiè Con. à possessione in materiâ iustitiae nunquam bene arguitur ad votum v. g. & libertatem humanam; ratio est: quia in materia iustitiae possessio rei simul conservatur cum dubio juris: dum enim duo litigant de re aliquâ, uterque habet fundamenta, vi quorum sunt pares in iure, at possessio certa est apud alterum, quae facit, ut possidens prae valeat; at in casu voti v. g. castitatis, quamvis ante emissionem voti homo habeat jus ad contrahendum impunè & sine peccato matrimonium, attamen postquam prudenter incipit dubitare, an emiseric votum castitatis, etiam dubitare incipit de possessione libertatis ad contrahendum matrimonium: nunquam enim homo possidet libertatem ad contrahendum matrimonium post votum emissum; ideoque libertas non potest esse sufficiens titulus ad tollendam obligationem voti, quando de ipsâ libertate contrahendi matrimonium dubitatur.



QUÆSTIO III.

An liceat operari juxta opinionem minus probabilem relictâ probabiliore ?

Nota 1. Opinio probabilis est illa, quæ concipitur ob talem veritatis apparentiam, quæ virum prudentem sine ullâ præcipitatione & passione movere potest ad assensum, licet agnoscat, non repugnare, ut oppositum sit verum, cum medium vel motivum assensûs non sit demonstrativum. Opinio probabilis de honestate actûs est, quando viri probi & sapientes post diligentem veritatis inquisitionem & examen rationum ac fundamentorum pro utrâque parte citrà passionem & culpam judicârunt actum esse honestum, vel non prohibitum ob fundamenta, quæ citrà infallibilitatem & evidentiam illis visa sunt urgentiora fundamentis partis oppositæ; nullus enim vir prudens, probus & doctus judicare potest actionem esse licitam, nisi pro hâc parte inveniat gravius fundamentum, quam pro parte opposita; hoc ipso igitur, quod viri probi & sapientes judicaverint, hanc actionem licitam esse, & postea non sit inventum aliquod argumentum, quod illam sententiam de falsitate convincat, nec emanaverit aliquod decretum Ecclesiæ condemnans vel aliquâ notâ afficiens illam sententiam, censetur opinio absolutè & in communi æstimatione probabilis, & eò probabilior, quò plures & graviores habet patronos; quamvis enim probabilitas opinionum præcipuè sumatur à fundamentis intrinsicis rationum, attamen hæc fundamenta præsumuntur validiora, dum scitur ob ipsa in talem sententiam plures suâ sponte conspirâsse DDres, qui non ad instar gruum unam prævolitantem sequentium ab alio vel aliis tradita absque matura rationum ponderatione amplexi sunt, aut in unam sententiam motu quodam animoso

moso defendendam conspirarunt, sed qui eadem fundamenta per se expedientes urgentia judicarunt. E converso illa sententia in communi æstimatione censetur minus probabilis, quæ pro se pauciores habet patronos aliis pluribus rem accuratè & ex professo examinantibus alia opposita fundamenta adducentibus, ob quæ in oppositam abierunt sententiam. Dixi: in communi æstimatione, quod est idem ac objectivè opinionem esse probabiliorem: quia comparativè ad aliquam particularem personam potest opinio illa esse probabilior alicui, quæ pauciores habet patronos: quia quamvis vir doctus & probus videat pro aliqua sententia stare plures graves Authores; si tamen re diligenter examinatâ inveniat pro contraria parte novam aliquam rationem ab illis non ponderatam, inveniatque promptam solutionem ad fundamenta, quibus illi permoti sunt, tunc illa opinio, quæ absolutè est magis probabilis, respectivè ad hanc particularem personam est minus probabilis, & opposita respectu illius est probabilior. Ne verò laxitati in asserenda opinionum probabilitate locus sit Innoc. XI. hanc in ordine 3. propositionem damnavit: *Generatim dum probabilitate sive intrinsecâ, sive extrinsecâ, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeat, confisi aliquid agimus. semper prudenter agimus.* Et Alex. VII. hanc in ordine 27. damnavit: *Si liber sit alicujus junioris & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse à sede apostolicâ tanquam improbabilem.*

Nota 2. Ut aliqua opinio mihi seu respectu mei sit probabilis, non sufficit. ut appareat mihi utcunque verisimilis, sed necessarium est, ut verisimilitudo & apparentia veritatis sit tanta, ut vi illius prudenter possim judicare opinionem illam esse veram, quod nunquam contingere potest, quando pro parte oppositâ

sitâ

fitâ occurrunt rationes graviores, vel saltem motiva
 æquè urgentia, sive dum opinio contraria proponitur
 mihi vel magis vel æquè verisimilis: probabilitas enim
 in communi est apparentia veritatis adeò magna, ut
 digna sit assensu, seu quæ sit tanta, ut illi absolutè
 assentiens meritò prudens dici possit, illud igitur re-
 spectu mei non habet probabilitatem, quod mihi non
 magis apparet verum, quam falsum; eò quod pro
 parte oppositâ rationes appareant æquè verisimiles.
 Debet igitur opinio respectu mei probabilis habere
 apparentiam veritatis clarè præminentem appa-
 rentiæ veritatis oppositæ: cum nemo pruden-
 ter & irreprehensibiliter judicare possit contractum
 A. esse licitum, quando majus fundamentum ha-
 bet, vel saltem æquale ad judicandum esse illicitum;
 non enim nisi temerè & imprudenter quis judicat,
 contractum A. esse licitum, quando habet majus fun-
 damentum, vel saltem æquale ad judicandum, esse
 illicitum: cum prudentia dicet, ut intellectus, quan-
 do pro utraque parte sunt æquales rationes, suspen-
 dat judicium, maneatque dubius: an contractus sit
 licitus, vel illicitus.

Nota 3. Ut opinio affirmans aliquid esse licitum,
 sit probabilis, non sufficit, quod appareat quomodo-
 cunque verisimilior operanti, ejusque fundamentum
 videatur gravius: nam hæreticis apparent sua dogma-
 ta non solum, ut verisimilia, sed etiam verisimiliora
 doctrinâ Catholicâ, imò sæpè ob ipsorum cœcitatem
 voluntariam apparent certa; & tamen tale judicium
 non est opinio probabilis, sed damnabilis error; re-
 quiritur igitur ad opinionem probabilem, quod post di-
 ligentem veritatis inquisitionem videantur fundamen-
 ta verisimiliora: judicium enim formatum ante adhi-
 bitam talem diligentiam erit præceptum, & non pruden-
 ter conceptum; præterea debet citra passionem &
 cul-

apparet
 veritati
 sufficit, ut
 probabilis.

Nota 4. Du
 probabilem fav
 probabilis fav
 minus tutan
 bilem respectu
 absolutè pro
 opinionem
 operantis aut
 quis, quam c
 non manet
 resus legem,
 reibus faventi
 larum judicare
 bo: circa contr
 rant opiniones
 citum, quæ qu
 Titio tamen put
 tractum esse illic
 latus igitur que
 tare conscient
 contractum esse
 ra, à viris pi
 improbabilis,
 quam veram,
 DICO. Ho
 trinent, de
 propria scientiâ
 Explicatur:
 deducere conti
 tant inculpate
 formis, si eni

culpam apparere verisimilius; si enim major illa apparentia veritatis oriatur ex aliquâ passione vel culpâ, non sufficit, ut iudicium inde formatum sit opinio probabilis.

Nota 4. Dum quæritur: an liceat sequi opinionem probabilem faventem libertati in concursu opinionis probabilioris faventis legi, non debet supponi, partem minus tutam manere absolutè & simpliciter probabilem respectu operantis, sed debet solum supponi, esse absolutè probabilem respectu aliorum, qui de facto illam opinionem tanquam veram approbarunt; respectu operantis autem absolutè quidem est verisimilis, sed minus, quam contraria opinio: quia apud operantem non manet probabilis opinio favens libertati adversus legem, nisi habeat rationes præeminentes rationibus faventibus legi, ut meritò possit operans vâ illarum iudicare actionem esse licitam. Sit pro exemplo: circa contractum ineundum à Titio duæ occurrunt opiniones: una, quæ dicit contractum esse licitum, quæ quidem à multis approbatur ut vera, à Titio tamen putatur esse falsa; altera opinio dicit contractum esse illicitum, & hæc iudicatur à Titio esse vera. Status igitur quæstionis est: an Titius possit sibi formare conscientiam rectam ex opinione, quæ dicit contractum esse licitum, & est approbata quidem, ut vera, à viris piis & sapientibus, non tamen est à Titio approbabilis, qui illam potius iudicat esse falsam, quam veram.

DICO. *Homo in his quæ ad propriam personam pertinent, debet informare conscientiam suam ex propriâ scientiâ, S. Th. 2. 2. Q. 67. a. 2. ad 4.*

Explicatur: Non potest homo ex opinione aliqua deducere conscientiam rectam, nisi illa opinio operanti inculpate videatur esse vera, & legi divinæ conformis, si enim operans opinionem, ex quâ format

con-

conscientiam, non iudicet veram, non informam conscientiam, sive deducit ultimum dictamen practicum ex propriâ scientiâ, sed ex alienâ opinione, quam quidem putat objectivè probabilem, sed reverà iudicat esse falsam.

Conclusio probatur 1. opinio hominum non est regula prima actuum humanorum, sed solum secundaria, quatenus nobis primam regulam seu legem æternam applicat & manifestat, regula autem secundaria tunc est recta, quando conformatur regulæ primariæ in mente illius, qui tali secundariæ regulæ operationem suam conformat, ideoque nemo licitè sequitur regulam secundariam, nisi quatenus est conformis regulæ primariæ; atqui tantum, quando iudicatur opinio, ex quâ formatur conscientia, esse vera, tunc solum est conformis regulæ primariæ: tunc enim dicit esse licitum, quod lex æterna concedit & approbat, & econtra illud esse illicitum, quod lex æterna prohibet. Ergo nullus potest sequi opinionem, quæ est regula secundaria actuum humanorum, nisi quando iudicat illam esse veram, nam si iudicet, esse falsam, iudicat, esse pravam & distortam regulam seu contrariam primæ regulæ; si dubitet: an sit vera vel falsa, dubitat: an sit prava vel recta regula; ut igitur rectè operetur, debet iudicare opinionem quam sequitur, esse veram; quod facere non potest, nisi appareat probabilior opinione oppositâ.

Probatur 2. Ut ex opinione vel sententiâ favente libertati deducatur conscientia recta, debet sententia favens libertati prudenter iudicari esse vera, seu operans illi, ut veræ, prudenter assentiri; quomodo enim poterit inferre, quod hic & nunc liceat omnibus ponderatis, ità contrahere; si non iudicet, verum esse, quod hic contractus liceat; atqui nisi post sufficientem veritatis inquisitionem inveniatur majus simplici-

ter fundamentum, quod contractus ille liceat, non potest prudenter sibi persuadere, quod opinio illa sit vera: quia potentia quaelibet naturaliter tendit in objectum, quantum potest, cum objectum sit perfectio potentiae; intellectus autem pro objecto habet verum; semper igitur in iudicando quantum potest, naturaliter quærit veritatem, & si veritatem evidentem invenire nequeat, adhæret illi parti, quæ apparet verior; atqui pars favens libertati non apparet verior, nisi majus sit pro illa fundamentum; ergo intellectus illi assentiri non potest, si non sit majus pro illa fundamentum; & consequenter nisi inveniatur majus fundamentum pro opinione favente libertati, quam pro opposita favente legi, non potest formari conscientia recta juxtâ opinionem faventem libertati.

Probat. 3. Lex prudentiæ est, ut in rebus non certis prius deliberemus, postmodum judicemus, & ex iudicio operemur: consultamus enim, ut prudenter judicemus, maturè judicamus, ut prudenter & rationabiliter operemur; ergo palmari legi prudentiæ contrarium est verum judicare id, quod magis apparet esse falsum, quorsum enim deliberamus, prudentes consulimus, nisi ut veritatem assequamur, & si illam assequi non liceat certò, illud eligamus, quod propius ad veritatem vel certitudinem accedit. Ergo prudenter assentiri non possumus parti faventi libertati, nisi illa appareat verisimilior.

Obj. 1. Qui prudenter agit, bene agit, qui sequitur opinionem minus probabilem, prudenter agit: quia sequitur opinionem verè probabilem: cum opinio minus probabilis, ut supponitur, sit verè probabilis.

2. Distinguendo ultimam probat. Opinio minus probabilis est verè probabilis absolutè & in se, ac in mente suorum authorum Con, est verè probabilis ref-

respectu illius, cui videtur minus verisimilis N. ex hoc autem non plus sequitur, quam, quod nitatur ratione prudenti apud illos, qui illam judicarunt veram, eò quod motiva videbantur urgentiora oppositis; fundamentum aliquod esse grave & prudens, est aliquid relativum ad intellectum, inter fundamenta autem merè probabilia, quæ non habent necessariam connexionem cum objecto affirmato, nullum est, quod appareat magnum & præponderans suo contrario omnibus intellectibus; sæpè enim illud, quod uni placet, alteri displicet, quod uni est valde urgens, alteri est inefficax, & hinc contrarietas opinionum; fundamentum ergo probabile solum est grave & prudens respectu aliquorum, nempe illorum, quibus apparet verisimilius & urgentius suo contradictorio; hinc malè inferitur: posse quemcunque prudenter operari secundum illud motivum, quod aliquibus solum videtur urgens.

Obj. 2. Illa est differentia inter medium probabile & demonstrativum, quod hoc determinet intellectum ad assensum, illud verò relinquat indifferentiam, ut possit pro libitu assentiri vel non assentiri; ergo intellectus habito motivo probabili ex imperio voluntatis potest prudenter assentiri, & in hoc prudenti assensu fundare conscientiam rectam.

R. Distinguendo 2. partem ant. ut possit pro libitu assentiri vel non assentiri absolutè *Con.* alterutri cui voluerit N. motivum probabile intellectum quidem non necessitat, cum possit assentiri vel non assentiri, si tamen velit assentiri uni parti, debet illi assentiri, quæ videtur verior; sicut enim intellectus non potest assentiri falso proposito ut falso, ita neque assentiri potest illi, quod videtur magis falsum, quam pars opposita; voluntas quidem exercet imperium in intellectum, illud tamen non est despoticum, sed politicum;

estum; nam
 facti ad ample
 ole exercitè &
 am, ferretur
 Obj. 3. Op
 onni, & exit
 am sequi non
 a. Disting
 recte ratio
 aliquorum
 probabiliter am
 es probabiliter
 re est confor
 mendum, ita e
 aliorum. ex
 qui, non sit p
 prudenter judi
 spectu illorum
 ceterò prudente
 ter ejus fund
 milia,

An in nullo c

*N*ota 1. Sc
 ita esse v
 um; opinio e
 alium, ideoq
 vel positivà vel
 intellectus judi
 ra in contrari
 alter sit, & l
 opinioni; fo
 te quidem res a
 mudo rationali
 1. 2. Theo

liticum; nam si intellectus posset ex imperio voluntatis
flecti ad amplectendam eam partem, ut veram, quam
ipse exercitè & signatè judicat potius falsam, quam ve-
ram, ferretur extra objectum.

Obj. 3. Opinio probabilis est conformis rectæ ra-
tioni, & existimationi virorum prudentum; ergo
eam sequi non est peccatum.

2. Distinguendo aut. opinio probabilis est confor-
mis rectæ rationi & existimationi prudentum omnium
N. aliquorum Con. nam sicut aliqui prudentes illam
probabiliter amplectuntur ut veram, ita alii viri sapien-
tes probabiliter illam rejiciunt ut falsam; ideoque si-
cut est conformis rationi & existimationi aliquorum sa-
pientum, ita est difformis rectæ rationi & existimatio-
nialiorum. ex quo ulterius sequitur, quod illam se-
qui, non sit peccatum respectu illorum, qui certò
prudenter judicant illam esse veram, non autem re-
spectu illorum, qui illam judicant esse falsam, vel
certò prudenter judicare possunt, eò quod anteceden-
ter ejus fundamenta illis apparuerunt minus verifi-
milia.

QUÆSTIO IV.

An in nullo casu liceat sequi opinionem probabilem?

Nota 1. Scientia actualis est judicium certum, rem
ita esse vel non esse, ut non possit subesse fal-
sum; opinio est judicium fallibile, cui potest subesse
falsum, ideoque opinio est conjuncta cum formidine
vel positivâ vel negativâ; positiva formido est, quando
intellectus judicans rem esse fluctuat actu propter moti-
va in contrarium impellentia: quod fortè de facto res
aliter sit, & hæc formido non semper est conjuncta
opinionem; formido negativa est, quando absolu-
tè quidem res aliter esse potest, nulla tamen subest for-
mido rationalis sive prudenter concepta; an res aliter

1. 2. *Theol. Schol.*

P

fit;

fit; exemplum est: invitatus ab amico ad mensam, sine formidine positivâ vescitur cibus appositis, quia non habet fundamentum rationabiliter formidandi ne cibi sint infecti veneno, quamvis id possibile sit & aliquando factum esse ex historiis constet, quæ est formido negativa; quam aliis verbis explicare possumus dicendo: tunc intellectus formidat negativè, quando non ità firmiter adhæret objecto, quin judicare possit, quod illud absolutè aliter se habere possit, tunc verò formidat positivè, quando timet actu, ne illud hic & nunc aliter se habeat.

DICO I. *Non est eadem certitudo querenda in omnibus, ut in I. Ethic. dicitur; unde in rebus contingentibus, sicut sunt naturalia & res humane, sufficit talis certitudo, ut aliquid sit verum ut in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus, S. Th. hic Q. 96. a. 1. ad 3.*

Explicatur: Ut ex opinione probabili deducatur conscientia recta, requiritur & sufficit, quod opinio generet certitudinem moralem de bonitate operis; sive, quod sit judicium absolutum de honestate operis ex motivis tam firmis, quæ excludant omnem rationalem formidinem positivam.

Probat: imprimis talis certitudo requiritur: quia nisi excludatur omnis rationalis formido de operis honestate, operans se exponit periculo peccati, & operando inattentâ illâ formidine virtualiter & interpretativè contemnit legem fortè prohibentem; deinde talis moralis certitudo sufficit: qui sufficit certitudo, quæ communiter in rebus humanis haberi potest: aliàs enim homo obligaretur ad aliquid, quod est suprâ hominem, adeoque ad aliquid moraliter impossibile, sic prudenter adoro hanc hostiam, quæ offertur in sacrificio, quamvis de ejus consecratione legitimâ non sim magis certus, quam moraliter; pruden-

ter veneror hunc hominem velut Patrem naturalem, de quo solam moralem certitudinem habeo.

Obj. 1. Quamdiu iudicium de bonitate operis manet intra limites probabilitatis, potest subesse falsum, adeoque tenet principium; qui amat periculum, peribit in illo. Ergo nunquam licet operari cum notitiâ tantum probabili de honestate operis.

R. Concesso anteced. negando in eam consequentiam quia cum morali certitudine de bonitate operis non est periculum peccandi. Sicut enim quamvis non sit impossibile, quod hæc domus corruat, non sumus tamen in periculo ruinæ, aliàs imprudenter hic maneremus; quamvis possit fieri, ut transtretans flumen tranquillo vento & firmâ rate patiatur naufragium non tamen est morale submersionis periculum, aliàs omnes imprudenter se flumini committerent. Ita quamvis non sit impossibile, ut moraliter certus de bonitate operis erret, quia potest objectum illud, quod eligit, aliter esse in se, quam sit in ipsius apprehensione, quia tamen omnibus attentis nulla in particulari occurrit ratio de hoc timendi, ideò non est periculum errandi vel peccandi.

Q. 1. An possit tanquam probabile sustineri, quod liceat iudici judicare juxta quamcunque opinionem probabilem, si pro utraque parte litigantium sit opinio æquè probabilis, vel pro unâ probabilior?

R. Negativa constat ex propositionibus damnatis: *Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest iudex pecuniam accipere pro ferendâ sententiâ in favorem unius præ alio;* est damnata ab Alexandro VII. *Probabiliter existimo iudicem posse judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.* damnata est ab Innocentio XI. Ratio est: quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, vel illæ quamvis in Scholis æquè probabiles sint, aut pari fulciantur autoritate, ipsi tamen iudici non sunt subje-

Etivè tales, & tunc debet judicare juxta conscientiam suam, & secundum statum, quem habent opiniones in mente judicis; vel habent æqualitatem probabilitatis subjectivè in mente judicis, & tunc judex est formaliter dubius, nec habet libertatem judicandi prohibitu, sed debet sequi tutius: hoc est: si causa sit realis, debet judicare pro possidente juxta R. 65. de RR. J. in 6. & cap. ex Literis 3. de probat. in quo dicitur: *Quòd si ambarum partium testes sint aequè idonei, possessoris testes preferentur, cum promptiora sine jura ad absolvendum, quàm ad condemnandum.* Si actio est personalis, favendum est reo juxta R. 11. de RR. J. in 6. & L. 47. ff. de O. & A. in quâ dicitur: *Ubi de obligando queritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum. Ubi de liberando, ex diverso, ut facilior sis ad liberationem.* Quod si dubium sit de ipsâ possessione, ita ut uterque contendat, se æquè probabiliter possidere, vel uterque sit actor, vel uterque sit reus, partes ad concordiam sunt deducendæ, vel res est dividenda, vel consulendi sunt peritiores, vel assumendi sunt assessores numero impari.

Q. 2. An probabile sit, quod liceat in administratione Sacramentorum sequi quamcunque opinionem probabilem.

Ratio Negativa iterum constat ex propositione 1. mâ damnatâ ab Innocentio XI. *Non est illicitum in Sacramentis conficiendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi, hinc sententia probabili tantum utendum non est, in collatione Baptismi, ordinis sacerdotalis, vel Episcopalis;* Ratio est: quia utens materiâ probabili relictâ tutiore tenet incertum, & dimittit certum, adeoque exponit se periculo peccandi, Sacramentum periculo nullitatis;

proxi-

proximum periculo non suscipiendi fructum Sacramenti: cum valor Sacramentorum non à probabilitate nostrarum opinionum dependeat, sed à solâ voluntate Christi instituentis. Ideò in administratione Sacramentorum non ad id, quod nos probabile putamus, sed ad id, de quo moraliter certum est, quod Christus illud voluerit, attendere debemus; non obstat; quod in casu necessitatis liceat uti materiâ probabili; quia tunc non est locus tutiori, cum in necessitate materia vel forma tutior haberi non possit, sed necessitas, quæ legi non subjacet Cap. consilium 2. de observ. Jejun. facit licitum, quod non est licitum in lege R. 4. de RR. J. & ex duobus malis minus est eligendum ex Can. non solum 7. causâ 22. Q. 4. sed minus est malum, Sacramentum Baptismi vel pœnitentiæ exponere periculo nullitatis, quam certa perditio animæ, quæ sequeretur, & ad quam evitandam institutum est Sacramentum; ergo in casu necessitatis, ubi materia vel forma tutior haberi non potest, licita est administratio Sacramenti adhibendo materiam aut formam minùs tutam.

Q. 3. An liceat & expediat agere contra conscientiam scrupulosam?

R. Non tantum licet sed etiam omninò expedit agere contra conscientiam scrupulosam, si ea adhibitis mediis deponi non possit. Ratio est, quia hæc verè conscientia non est, sed vel inanis quædam anxietas vel iudicium imprudens de peccato aut peccati periculo, cui qui morem gerit ineptus redditur ad verum Dei servitium & inextricabilibus diaboli laqueis involvitur, hinc qui scrupulis vexatur v. g. an confessio denuò peragenda, horæ canonicæ repetendæ &c. duo hæc generalia adhibere debet remedia. 1. Si doctus sit & materiam intelligat, hoc, quod aliis in eodem casu daret, consilium non obstante quâcunque

anxietate amplectatur. 2. Si indoctus sit, petat à direttore conscientiae cum plenâ submissione, quid agendum, & caecè amplectatur illud, quod ipse praescripserit, inattento quovis scrupulo, plura in aliis auctoribus videri possunt.

DISPUTATIO X.

De Virtutibus.

EXpositâ regulâ, cui actus morales conformandi sunt, nunc explicandæ sunt qualitates, quibus potentiae indifferentes ad operandum bene vel malè perficiuntur ad constanter & delectabiliter bene operandum, quæ sunt virtutes, quibus opponuntur vitia disponentia & inclinantia ad malos actus & peccata.

QUÆSTIO I.

Quid est quotuplex sit virtus?

NOmen virtus quandoque sumitur pro quâcunque perfectione ad operandum ordinatâ, in hoc sensu definitur à philosopho: dispositio perfecti ad optimum. Hoc est: dispositio potentiae ordinata ad operationem eliciendam; hoc sensu sanitas, robur, gratia sunt virtutes ad operandum ordinatæ. Quandoque strictiùs sumitur virtus pro proximâ facultate ad operandum. Ita calor est virtus ignis, virtutes vegetativæ & sensitivæ sunt virtutes naturales animalis. In præsentî sumitur virtus pro facultate creaturæ rationalis ad bene operandum. De quâ.

DICO I. *Virtus est bona qualitas mentis, quâ rectè vivitur, quâ nullus malè utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur.... ista definitio perfectè complectitur totam rationem virtutis, S. Th. hic Q. 55. a. 4. in prin. & O* Hæc virtutis definitio tradita à S. Th. ex S. Augustino probatur explicando singulas parti-

particular; &
transcendent
vel bonitate
erente. 2.
tatis, & qu
es, qui divid
bitum secu
to statum di
moraliter ha
riti, quia phy
videtur ratio
& vitio, cum
si difficulter
minicis sit fa
habitus ratio
nate rationali
ter, per v
3. Mentis.
non subiect
animæ, in
4. Quâ rectè
rectæ operati
talem inclina
inclinat ad m
tur, In quo
indifferenter
quæ inclinat
nobis sine nob
veniunt solis
nobis actib
etiam aliis v
naturæ corru
ad quam ac
quilio.

Obj. I.